

¶ Ottonis Tachenij

cientium exposui ; adeò ut singularis omnino omnibus innoteſcat : hæc bræuitatem optat , non disputat ; atque hoc seruauit.

Huc ergo adeste veritatis amatores , vos admiranda & iucunda vestris oculis aspicietis , & manibus tractabitis , quæ absconsa & occulta à sensibus & cognitione hactenus stetere . Nunc ipsum opus aggrediendum .



Qui nimium properat , seriūs
absolutit.

C A P V T . I .

Reformator incipit elato ſu-
percilio . Nunc , ait , a nos
convertimus ad examinandum
ſalem Theriacalem antiquorum ,
cuius preparatio tam infantilis
& absurdă est , ut nullibi veterum
simplicitas dilucidius atque
in illo appareat , &c. paulo post :
animalia duntaxat gaudent ſale-

a Pharmac.
fol. 481.

Difficiles
aditus om-
nis impe-
nis habet.

Hippocrates Chymicus. 9

volatili, & ferè nil præter solam terram mortuam, omni virtute medicâ exutam, in violentâ calcinatione post se relinquunt, &c. imò reliqua absurda silentio non involuenda sunt, quod salis communis loco salem armoniacum substituerunt, re profecto, ut video, ne taniillum intellectâ, quia totus is sal armoniacus in auras pulsus est, & sic nec de viperis nec de suo addito sale armoniaco quicquam illis remansit, &c. hæc ille.

Mihi autem non videtur Veteres hoc loco inculpandos absurditate & simplicitate, adeò ut Reformatoris immaturam reprehensionem perferrre debeant. Sed priusquam iudicentur, audire oportet & alteram partem, & indagare, quid sit sal armoniacus veterum? & quâ ratione, loco salis communis illud substituerint? & in quem finem? & ubi denique peccarint, ut Reformatoris præcocem iram & acerbam contemptionem perferrere mercantur?

Nolite pra-
cipiti iudi-
cio, & cau-
sâ non satis
excusâ in-
fontes dam-
nare.

Redargue-
re ea quæ
non rebile di-
cta sunt,
minime in-
flitui Hip-
poc. de dia-
ta lib. 1.

10 *Ottonis Tachenij*

Sed hæc omnia , vt clatiora
fiant, necesse est salium quorum-
dam intima subire , & exakte
horum naturam & differentiam ,
Imagina-
ria hic non
traditatur.
ex accidentibus proprijs & sensi-
bus cognitis, non syllogismo lo-
gicali & conuertibili , vel ima-
ginarijs non entibus , sed pla-
nè experimentali , & naturali
historiâ examine.

Nec si
quid nescis,
reliquis id
scire nega-
tum est.
Dico itaque & confirmo , non
solum quòd animalia duntaxat ,
sal volatile possideant , sed præ-
ter opinionem Reformatoris ,
quòd & vegetabilia omnia non
habeant à natura neque granum
salis fixi , nisi arte illud acqui-
rant ; & primò de notioribus di-
cam , & paulatim ad occulta pro-
grediar.

a lib. 1. cap.
7.
Naturalem salēm armonia-
cum , Veteribus magno in usu
fuisse testatur Plinius a Reperi-
tur , inquit , in Africa , in Re-
gione Cireniaca ad Hammonis
oraculum usque , oblongis glebis ,
& sub harenis. Id confirmat
Dioscorides , quod sal armonia-

Hippocrates Chymicus. II
cus natione laudatur. Hic sal est
constans in igne , suo modo sa-
pore multò sals-acidiore nostro
sale communi cibario ; vt osten-
dam , & ob id medicinis vtilio-
rem inuenierunt , quapropter
commendarunt id Veteres pro
hac re.

Illud autem quod ad nos ad-
fertur , non est in oblongis gle-
bis , vt neque est naturale , sed
componitur arte : ex naturali
scilicet & alcali volatili anima-
lium , id docet eius resolutio :
iuxta Aristotelis axioma a diui-
ditur nimicum in acidum salis
spiritum , vt etiam in alcali vo-
latile ; (omnia salsa in duas di-
uiduntur substantias , in alcali
nimicum , & acidum , vt paula-
tum ostendam) quæ ambo sepa-
rata , & rursus coniuncta , fiunt
sal armoniacum quod erat. Aci-
da pars , vel acidus spiritus ha-
bet omnes proprietates , vt ille
qui distillatur ē communi sale:
Alcali autem eiusdem est condi-
tionis cum illo , quod ex humana

a In quo
quid resol-
ui potest ex
illo necesa-
rio debet
constare.

12. *Ottonis Tachenij*

urina sublimatur, minus tamen
fætulentum; unde suspicor,
quod non humanam, sed came-
lotum urinam ad illud composi-
tum elegerint. Horum enim urina,
a li. 28. c. 8. ut notat Plinius a fulloni-
bus utilior quam reliorum ani-
malium, unde alcali ditior sit ne-
cessere est: fortasse, quia ut reliqua
animalia, sal non comedunt;
commune enim sal non abluit.
*Nausicca enim Alcinoi filia la-
uabat linteas ex fonte in littore
maris, ut scribit b Homerus.*

b Odyss. lib.
6. a versu
85. usq; 96.

c lib. 1. de
dieta.

Sal Armo-
niacum.

Fit autem sal armoniacum ar-
tifaciale, eodem modo sicut sapo,
natura enim operatur in omni re
simile, docet Hipp. c ex acida ni-
mirum parte salis armoniaci; &
alcali urinæ camelorum (vel ani-
malium perinde est: ex alcali fu-
liginis, & spiritu salis acido, alio
deficiente, feci simile sal) urina
enim per macerationem dissoluit
sal: & alcali urinæ, quod alias
dierum cursu in auras abiret; hic
per motam reperit acidum; quod
combibit, fitque ex acida parte
salis,

Hippocrates Chymicus. 13
salis , & alcali ex vrina , noua
creatura artificialis , salsi saporis.
Quod autem similes mores non
habet ~~a~~ neque cum nouo salso ^{a Hip. citas.}
concordat , sponte segregatur ad ^{to libro.}
fundum ; supernatantem salsum
liquorem clarum coquunt & de-
spumant , ac iterum feces depone-
re sinunt , quem deinde coagu-
lant in placentam . Hoc est sal ar-
moniacum , quod ad nos defer-
tur ; non tamen illud quod ve-
teres pro sale Thetiacali elege-
runt , ut existimat Reformatore
sed illud est naturale , quod sub
arenis (*ἄμμος*) reperitur , ut do-
cet Plinius citato loco , quod ta-
men in progressu clarius . Nunc
priusquam progrediar , quid sit
alcali dilucidiūs explicandum .

